



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Capitvlaria Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

38. Indiculus regalis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

tentaverimus, ista tota servante, unà cum socio fisco, auri uncias tantas esse multando, & praesens evacuaturia omni tempore firma permaneat.

*Libellum dotis.*

XXXVII. Dum omnipotens Deus concessit jugale confortium & tale permiffum dedit ei in omnibus ut unusquisque cum vira sua nubat juxta consuetudinem anteriorum Christianorum, & item legimus quòd ipse Dominus noster cum discipulis suis ad nuptias invitatus fuisset, & cui Deus conjungit, homo non separet; quod bonum, felix, faustumque sit. & reliqua. Donat itaque ille honesta puellae sponsae suae, nomine illa, quam, si Christo placuerit, in conjugium sociare uxorem cupio, donatumque in perpetuum esse volo, & de jure meo in jure & dominatione ipsius puellae transcribo atque transfundo, hoc est, res proprietatis meae in pago illo, in loco quod dicitur ille, tam mansis, domibus, aedificiis, totum & ad integrum re inexacta, seu mancipias tantas his nominibus ille & ille, seu caballos tantos, boves tantos, vaccas cum vitulos tantos, oves capita tanta, sodis capita tanta, lectarios condignos ad lectos tantas, fabricaturas verò, auro, argento in solidos tantos, ... ostensolia verò tam areis quam ferreis, seu & lineis, quicquid in domo rationabiliter continet. Omnia superius nominata, cum dies felicissimus nuptialis advenit, dulcissima sponsa mea illa, à die praesente habeas, teneas, atque possideas, vel quicquid exinde à die praesente facere volueris, liberam & firmissimam in omnibus habeas potestatem faciendi. Si quis verò, quod nec fieri credo, si ego ipse aut ullus de heredibus meis, vel quilibet ulla opposita persona, qui contra hunc libellum dotis venire conaverit, inferat tibi, unà cum socio fisco, auri uncias tantas esse multando, & praesens libellus dotis firmus permaneat.

*Indiculus regalis.*

XXXVIII. Ille Rex Francorum vir inluster. Cum nos in Dei nomine palatio nostro ad universorum causas audiendas vel recta judicia terminanda unà cum proceribus nostris resideremus, ibique veniens homo aliquis nomine ille suggestit eò quòd apud nostrum signaculo homine aliquo nomine illo mannito habuisset ut super noctes tantas ante nos debuisset venire in rationes, pro eo quòd dixit quòd res suas post se malo ordine tenebat injustè.

Ad quod placitum veniens ipse ille per triduo seu amplius placitum suum custodivit, & nec ipse ille ad eum placitum venit, nec missum in vicem suam non direxit qui ulla sonia nuntiasset. Proinde nos taliter unà cum fidelibus nostris vel Comite palatii nostri illo visi fuimus judicasse ut dum ipse ille per triduo seu amplius placitum suum legitime custodivit, & nec ipse ille ad eum placitum venit, nec missum in vice sua direxit qui ulla sonia nuntiasset, & placitum suum neglexit, & jectivus exinde remansit, propterea jubemus ut quicquid lex loci vestri de tale causa debuerit, vobis distringentibus ipse ille partibus ipsius lue hominis componat atque emendare studeat.

*Equalentia vel partium.*

XXXIX. Auxiliante Domino nostro Iesu Christo, placuit atque convenit inter illo & germano suo illo de alode qui fuit genitore ill. ut inter se equalentia dividere vel exaequare deberent. quod ita & fecerunt. Accepit igitur ille de parte sua manso in pago illo, in loco qui dicitur illo, cum omni desuper posito, seu vineis, olivis, campis, totum & ad integrum re inexacta. E contra ad vicem accepit ille de parte sua manso in pago illo, in loco qui dicitur illo, ubi accola commanet, id est, tam mansis, vineis, olivis, totum & ad integrum re inexacta, etiam aurum, argentum, drapaha, aramen, peculium, praesidium utriusque sexus, mobile & immobile, inter se equalentia visi fuerunt dividissent, & pars contra pare suo invicem tradiderunt, & per eorum fistucam pars contra pare suo se exinde exitum fecerunt, ita ut ab hodierno die unusquisque quod accepit habeat, teneat, atque possideat, vel quicquid exinde facere voluerit, liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem faciendi. Si quis verò, quod nec fieri credo, si ego ipse aut aliquis de heredibus nostris vel quilibet opposita persona, qui contra hanc epistolam loco pactionis venire conaverit, inferat pars pare suo cui litem intulerit ista tota servante unà cum socio fisco auri uncias tantas esse multando, & praesens epistola pactionis omni tempore firma permaneat.

*Donatio ad casam Dei.*

XL. Domino verè sancto ac reverentissimo monasterio illo quod est constructum in honore sanctae Mariae semper virginis genitricis Dei & Domini nostri Iesu Christi, vel ceterorum dominorum suo-